

omnibus seminibus. cum autem creuerit maius est omnibus
 holeribus; & fit arbor. ita ut uolueres caeli ueniant & habitent
 in ramis eius; **A**liam parabolam loquutus est eis; Simile est
 regnum caelorum fermento. quod acceptum mulier abscon-
 dit in farinae sextis tribus. donec fermentatum est totum;
Haec omnia loquutus est ih̄s in parabolis ad turbas. & sine parabo-
 lis non loquebatur eis; Ut impleretur quod dictum erat per pro-
 pheta dicens; aperiam in parabolis os meum. & uocabo abs-
 condita a constitutione mundi; **T**unc dimissis turbis uenit in
 domum. & accesserunt ad eum discipuli eius dicentes; Disserenob
 parabolam zizaniorum agri; qui respondens ait; qui seminat
 bonum semen. est filius hominis; ager autem est mundus; bonu
 uero semen. hi sunt filii regni; zizania autem. filii sunt nequie;
 Inimicus autem qui seminavit ea. est diabolus; messis uero. con-
 summatio saeculi est; Messores autem. angeli sunt; Sicut ergo
 colliguntur zizania & igni conburuntur. sic erit in consum-
 matione saeculi; mittet & filius hominis angelos suos. & colli-
 gent de regno eius omnia scandala. & eos qui faciunt iniquitate;
 & mittent eos in caenum ignis. ibi erit fletus & stridor den-
 tium; tunc iusti fulgebunt. sicut sol in regno patris eorum.
 qui habet ^{audient di} uisus; Simile est regnum caelorum thesau-
 ro abscondito in agro. quem qui inuenit homo abscondit. &
 praegaudio illius uadit & uendit uniuersa quae habet. & uenit
 agrum illum; Iterum simile est regnum caelorum homini
 negotiatori. quaerenti bonas margaritas; Inuenta aut una
 pretiosa margarita. abiit & uendit omnia quae habuit.
 & uenit eam; Iterum simile est regnum caelorum saena
 missae in mare. & ex omni genere piscium congregata;
 Quam cum impleta esset educerent. & secus litus sedentes. elege-
 runt bonos in uasa. malos autem foras miserunt; sic erit in